



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Longanimitas

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

Aliter verbum Domini, manda remanda, manda reman-
modicum ibi, modicum ibi, expecta re expecta, vt vadane &
ante retrosum, & conerantur, & illaqueatur, & capiantur.

EXEMPLA BIBLICA

Loquacitatis exempla: Abraham diu expectauit prolem ex
sua, tandem centenarius suscepit. Gen. 25.5. Deu. Exod. 34.34. 6.1.
1. Tobias. Tob. 2.6. Iob. Iob. 13. Sulanna, Dan. 13.35. Abacuc.
Abac. 1. Paulus. 2. Cor. 7.6.4.5.6. Simeon, Luc. 2.25.

Patientia

Loquacitas. Loquendi Libertas.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Loquacitas Græc. λαλιαισις, πολυλογία, περιουσια, multilo-
quitas, inanis, & immodica garrulitas. Hebr. Niddbar, con-
siderationis in ore alicuius contra alium, vt solent impurum
hæreticum verbo Dabar, loquutus est, quod est medium, vt enim
necessaria loquendo modum obseruant, & contra loquaces futilia
deum multa ridicule fundunt. Nihil aliud videtur, quam
loquax inconsiderata. Loquax vero ille, qui cum aliquo collo-
quens, quicquid alter attulerit, nihil illum dicere afferat: & quod
idem eundem calleat, atque illum, si audire velit, intellecturum:
loquax cetero, læpe interpellat. Theoph. in notis.

Impertuna Loquacitas est longæ & inconsideratæ orationis ex-
cessus. Impertuna vero is est, qui cum in hominem vel inuocum
loquitur, hinc iuxta assidens primum coniugis suæ laudes tollit:
deinde per noctem somnia vidit, enarrat: Deinde feruula, quot
diebus habuerit, singulatim percurrit, deinde in progressu addit,
quod non nisi temporis homines sint veteribus illis virtute interio-
ris, in foro annona cara est, quam multi peregrini in ciuitatem
venerat. Et huiusmodi homines reiiciunt, ac procul amouendi
sunt. Difficile enim est illis loquentibus diutius interese, qui otii
& negotii discrimen nesciunt.

Loquacitas est ista & inanis loquendi copia: Vel est vitium
quo mentes circumspicitæ temere profertur aliquid antequam
quod vel quale sit, examinatum perpenderit. Vines. l.3. de Auro.

LOCIBIBLICI

Loquacitas damnatur, Prou. 19. 20. Col. 4. 6. Loqui in tempore
pudicitia, Prou. 27. 11. Loquendum non statim, nec temere, 13. 3.
Ez. 7. 23. Iac. 1. 19. Loquenda sunt vera, honesta, & quæ auditore
prodesse queant, Exod. 22. 28. Psalm. 14. 1. Eccl. 13. 2. Ez. 24. 6.
Eccl. 1. 7. Marc. 5. 37. Ez. 12. 26. Ephes. 4. 29. Ez. 5. 3. Col. 3. 8. 1. Pet.
3. 10. Loquendi tempus & opportunitas, Prou. 15. 23. Ez. 25. 11. Eccl. 8. 5.
Eccl. 8. 5. Ez. 26. 6. Ez. 33. 4. quomodo loquendum, Iob. 6. 29.
Prou. 17. 16. Ez. 22. 22. Ez. 29. 11. Eccl. 4. 34. Ez. 16. 6. 5. Col. 4. 6. Lo-
quendi formula ex comparatione Osæ 6. 6. Matth. 9. 13. Ez. 12. 7. Luc.
14. 5. Ez. 29. 19. Loqui coram insipientibus intemptuum, Prou.
19. 9. Loqui ad cor, est blande, & suaviter alloqui ac consolari, Gen.
18. 2. Ez. 1. 1. Iud. 19. 3. Ruth 2. 13. 2. Sam. 19. 7. Esai. 40. 2. Osæ, 1. 14. Ez.
1. 4. Hoc est loqui quæ sint ei cordi. Loqui in corde, est cogitare,
Psalm. 4. 1. Ez. 35. 15. Ez. 3. 1. Loqui pro polliceri, Luc. 1. 6. 55. 70.
Loquatur Deus Pater, filius, Spiritus sanctus; loquitur bonus &
malus Angelus. Loquitur bestia mystica in Apocalypsi. Testimonia
innumerata harum loquutionum in S. Scripturis extant.

Loquutionis Dei cum homine, & hominis cum Deo exempla:
Cum Adam & Eva, Genes. 3. v. 9. 10. 11. Cain. 4. v. 6. 7. Noe. 6. 13. 7. 1.
Ez. 1. Ez. 9. 1. Abrahamo, 12. 1. Ez. 13. 14. Ez. 17. 1. Ez. 18. 17. Abime-
lech, 20. 3. Iliac, 26. vers. 2. 24. Iacob, 28. 13. Ez. 32. 29. Ez. 35. 1. Ez. 45. 2.
Mose, Exod. 3. 4. Ez. 4. 2. 11. 1. Moïse & Aaron, 6. 1. Aaron & Maria,

Num. 12. 4. Iosua, Ios. 1. 1. Ez. 4. Ez. 7. 10. Gedeone, Iudic. 6. 39. Ez. 7. 2. Ista-
clit, 10. 9. 10. 11. Ez. 20. 23. Samuel. 1. Sam. 3. 6. 10. 17. Ez. 8. 7. Ez. 15. 10. Ez. 16.
1. Dauid, 23. 4. 2. Sam. 2. 1. Natham, 7. 4. Salomone, 1. Reg. 3. 5. Ez. 9. v. 2.
3. Ez. 11. 11. Semcia, 22. Ahia, 14. 5. Elia, 1. Reg. 24. 5. Ez. 17. v. 8. 9. Ez. 18. 1. Ez.
19. 9. Ez. 21.

Loquutionis Angelorum Cum hominibus, & hominum cum
Angelis exempla: Agar, Genes. 16. 8. 9. Loth, 19. 11. Agar, 12. 17. Abra-
ham, 21. 11. Balaam, Num. 22. 32. Ez. Israhel, Iud. 2. 4. Gedeon, 6. 20.
Propheta, 1. Reg. 13. 18. Elia, 19. 7. Gad. 2. Chron. 21. 18. Zacharias, Luc. 1.
13. Maria, Luc. 1. 30. Ioseph, Matth. 1. 20. Ez. 2. 20. pastor, Luc. 2. 10.
Christus, Luc. 22. 43. Mulieres, 28. 5. Maria Magdalena, Ioan. 20. 13.
Apostoli, Act. 1. 11. Ez. 5. 20. Philippus, Act. 8. 26. Cornelius,
Act. 10. 3. Petrus, Act. 12. 8. Paulus, Act. 27. 24. Ioannes fre-
quenter in Apocalypsi.

Creatura oratione carens loquitur, Num. 22. 28. Iudic. 9. 12. Iob.
28. vers. 4. Ez. 40. 22. Daniel. 7. vers. 8. 11. 20. 2. Petr. 2. 16. Apocalyp.
10. 3. 4.

PATRYM SENTENTIAE

Abste vt multiloquium deputem quando necessaria dicuntur,
quantalibet sermonum multitudine aut prolixitate dicantur. Am-
brosius.

Periculum est dicere non solum falsa, sed etiam vera: si ea
non quibus oportet, insinuet. Quod vitium quadripartitum est, vel
adulationis, & avaritiæ, & iactantiæ, vel loquacitatis incaute. Am-
brosius in Psalm. 118.

Quamplures vidi loquendo in peccatum incidisse, vix quempi-
am tacendo: ideo quæ tacere possit, quam loqui difficilius est. Amb.
5. de Offic.

Ingrreditur mors per ostium tuum, si falsum loquaris, si turpi-
ter, si proaciter: postremo, si vbi non oportet, loquaris. Lib.
1. de virginis.

Verba voluere, & apud imperitum vulgus admirationem sui fa-
cere, iadictorum hominum est. Nihil tam facile, quam vitem ple-
bem & indoctam volubilitate lingue decipere, quæ quicquid non
intelligit, plus miratur. Hier. ad Neposita.

Tempus tacendi & tempus loquendi, discreta vicissitudine pen-
sanda sunt tempora, ne aut quum restringi lingua debet, per verba
se inuoluit soluat: aut quum loqui vilitate potest, semetipiam pi-
gere refringat. Greg. 1. 7. Moral.

Quot superuacuis verbis mens à silentii sui censura dissipatur,
quali rotæ inuis extra se ducitur, vnde redire interius ad sui cogniti-
onem non sufficit: quia per multiloquium exterius sparsa vim in-
timæ considerationis amittit. 1. 5. Moral.

Pravi sicut in sensu leues sunt, ita in locutione præcipites: quia
quod leuis conscientia concipit, leuior protinus lingua prodit.
Ibidem.

Quum intentionem bonam locutio cauta non sequitur, ipsa
pietatis propositio in transgressionem vitium vertitur. Ibidem libro
quinto.

Tenerum membrum est lingua, & tamen vix teneri potest: sub-
stantia quidem infirmum atque exiguum, sed vsum magnum & val-
idum in venis tenuis est & lata: ideo aptissimum est euacuendis
fordibus instrumentum. Bern. in serm.

Leuis quidem sermo, quæ leniter volat, sed grauitate vulnerat:
leniter transit, sed grauitate vitæ, leuiter penetrat animum, sed non
leuiter exit: leuiter profertur, sed non leuiter reuocatur, facile vol-
tat, ideo charitatem facile violat. Ibidem.

Vanus sermo cito polluit mentem & facile agitur, quod libenter
auditur. Ibidem in lib. soliloquio.

Sapiens non solum quod loquitur, sed etiam opportunitatem
loci, & temporis & personæ quum loquitur, diligenter inquirit.
Greg. in Prou. 15.

Vanus sermo, vanæ conscientie est iudex, mores hominis lingua
pandit, qualis sermo ostenditur, talis animus approbatur: quoni-
am ex abundantia cordis os loquitur. Sermo vanus non exit abique
iudicio, quia ab omni situ rectitudinis deuiant, qui per vanam ver-
ba dilabuntur. Hugo. l. 1. de anima.

Est tempus quando nihil, est tempus quando aliquid, nullum
autem est tempus, in quo dicenda sunt omnia. Hugo. de dis-
tinctione.

Quis est hominum sic cautus, vt si inter æmulos loquatur, nul-
lum eius verbum incurrat aliquam questionem? Difficilis res est,
linguam in lubrico faucium constitutam veritatis rigide tenera
mensuram, cui si incaute frenæ laxentur frequenter contra se lo-
quitur. Facilius enim culpa tacendo refugitur, quam loquendo.
Salomon dicit. Orituo facio ostium & seram, & verbis iugum
atque stateram. Cass. in Psalm. 39.

Quibus citra honestatis nitorem lingua polleitur intransis,
his conscientia quoque fordissima est: quia facilius contingit,
vt quispiam seria loquens viuat obscenæ, ad est, immunde, quam
valeat ostendi, qui pariter existat improbus dictis, & probus mori-
bus. Sid. lib. 3. epist.

